



Opus sanctissimum vocatis nobis aduersus Sapientiam Optamam et dantis
Ita multi scriptis vocatis a vobis in vniuerso sapientie
Almonii namque deus aduersus. Amen.

Hieronymi: ad fabiolam de quibus mansionibus parte y
Epta huiusmodi nihil enim prodest expectare virtutes in
vobis creatoris / nec dei vnicuique profici ad salutem
in precepta conditionis implere. His duobus modis
quasi duobus scriptis in confessione sancte trinitate
in primis dicemus Sanctus Sanctus Sanctus Deus Deus Deus.

Fridericum deus et alii quid
Compendium theologicum deus
paraphrasos deus in scriptis ad nos
pala: deus in dantis ad scriptis. Deus
familiaria colloca scriptis
Sicuti Albrecht deus
Scribitur deus
Bella deus

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAL. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

X
Mba. 2.

l. 5

Familiarium
 colloquiorū formule. Et
 alia quedam, p̄ Des.
 Erasmi Roteroda-
 muni.

Fors factis facti. MK.

Cl. 349a.



Personis moris tot sunt quot in orbe figure

e



IO. FROBENIVS LECTORI, S.

Hūc tibi libellum eme, quisquis breui tempore discere cupis, vt latine loquaris. Thesaur⁹ mer⁹ est, non libellus. Scribit ERASMVS noster Roterodamus, incomporabilis ille literarum Antistes, in De ratione studiū, Neutiquam inutile futurum, ceu formulas aliquot proponere pueris, quib⁹ orationibus in lusu, quibus in congressu, quibus in conuiujs vti debeāt. Has sic oportet esse doctas, vt simul & faciles sint & iucundæ. En eas ipsissimas. Bene Vale, & Frobenio gratis am habe.

*Erasm: in epla plorosa, quosdam errores hinc colloquij p depreca,
vitem quendam in pteros affert, vt p ille / vni in deu-
sim hinc. pū ego n pū qm hinc fapit nob
concrasi. Erasm. Non pū qm pū qm modū futurū
qui nob concrasi pū ad hinc vndandeb hinc po-
lur pro diuersa corl pū. vntes laudo. h vnt pres-
pū. Quis vnt hinc sit loq-
h Erasm:*

*Sed de pū plura in leroni sū molitū quid hinc sū in
pū pū pagellū quūqū sū in hinc & alia que in nō pū
hinc quūqū illud. Quia vntudine et pūqū hinc
fū hinc sit concrasi mediqū si de corpore hinc pūra,
hinc vnt de pū corpore hinc. Admonū, meo
sū officio hinc pū hinc si quis vnt si fallit si
hinc. Hollomū hinc vnt dco si quid hinc hinc hinc
hinc. Sū hinc hinc nō sū hinc in me alio de-
hinc vnt officio. Qū nō hinc hinc hinc eded hinc
hinc quid hinc hinc hinc hinc hinc hinc
Sū quūmodū hinc hinc nō admodū hinc
ad hinc hinc loquū q hinc hinc hinc. Na
ego qū ad hinc hinc hinc hinc hinc hinc
hinc hinc hinc hinc hinc hinc hinc*

BEATVS RHENANVS, NICOLAO ET CRA-
TONI STALBERGERIIS PATRITIIS
FRANCFORDIENSIBVS, NI
COLAI FILIIS S D.

QVOTIES in mentem venit feruentissimi studiū ve-
stri, quo nō modo Latinas, sed & Græcas literas p-
discitis, cogitare soleo, quanā re vestriū adiuuem p-
fectū. Nam credite vera loquenti, nō min⁹ mihi cur-
ræ est, vt politiorē eruditionē cū optimis, hoc est Christiāis
copulatam moribus consequamini, quam uel clarissimo ui-
ro Nicolao Stalbergerio parēti v̄ro, vel Guilielmo Nefeno
p̄ceptorī. qd sperē, vos bonis institutos literis, & Christianis
imbutos opinionib⁹, olim publice cunctis, & priuatim sin-
gulis p̄fuituros, cum vel in senatum allegemini, vel saluari
bus alioqui consilijs rempublicam iuuabitis, aut cum vobis
ipsis & alijs meliora suadebitis. Proinde Lamberti Hollonij
Leodiensis docti iuuenis opera, familiarium colloquiorum
formulas nactus, quas Erasmus abhinc annos. xx. aut am-
plius, in Augustini Caminadi, ni fallor, gratiam, qui Se-
landos quosdā pueros docebat, per lusum conscripsit, dum
Lutetiæ degeret, statim excudendas typis apud Frobeniū
curauī, cum vt vobis in primis gratificarer, tum vt ad alios
quoq; studiosos hic thesaur⁹ pueniret. apud malignos quos-
dam hacten⁹ non sec⁹ custodit⁹ ac vellus illud aureū a peruis-
gili dracone, & ab ipso Caminado semel atq; iterum magno
vendit⁹. Libell⁹ ip̄e parentē Erasmiū refert stili candore, facie-
litate & argutia. Præterea nihil p̄nitendū, nihil triuiiale con-
tinet, sed ex optimis dūtaxat autorib⁹ decerptos elegantiarū
flosculos. Quāq; exemplū ip̄m mult⁹ locis deprauatū erat,
quorū nōnulla cōteximus, quædā autori ipsi reseruauim⁹,
qui hunc libellū plane perijisse putauit. Bene Valete, cū Guili-
elmo Nefeno præceptore vestro, viro non minus integro
quā erudito, Basileæ. x. Calendas Decēbris. M.D.XVIII.

Nicolaus
Stalberge-
rius, Con-
sul Franc-
fordiensis
G. Nefen⁹
Nastadiē-
sis
Lambertus
Hollo-
nius.
Augusti⁹
Camiad⁹

A ij

COLLOQVIORVM FAMILIARIVM
FORMVLAE.

COLLOQVUNTVR AVTEM IN HOC LIBEL
LO, CHRISTIANVS, AVGVSTINVS PO
ETA, PETRVS PVER, ERASMVS,
THEODORICVS, MIDAS, HOS
PITES.

SALVTANDI FORMVLA PRIMA.

Christia
nus.

PRAECEPTOR.

amice

pater

mi More.

vir ornatissime.

sodalis iucundissime.

candidissime Simon.

turpissime nebulo.

ganeo leuissime.

meum delitium.

mea vita.

meum suauium.

Salue

mea lux.

meum decus.

meum mel.

mea voluptas vnica.

meum corculum.

mea Bacchis.

multum mi Christiane,

etiam atq; etiam.

iterum atq; iterum

aeternum maxime Palla.

Quantum vis.

plus millies Gerarde.

totus mi Ioannes.

Plurimū vxor

e.

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM FORMV
LAE PER ERAS.

Salus tibi. Salve regina formosissima, cū catulis te matre dignis. Vt me salutas, ita resalutabere. Vt me salutaris, ita resalutaberis. Saluus sis tu quoq; Nicolae.

¶ Salutare est dare salutationem. Resalutare, est salutationem reddere.

Obuios, quos adimus colloquēdi gratia, cœnantes, oscitantes, singultientes, sternutantes, tussientes, dormientes, bibentes, nos salutamus, nosq; tum illi resalutant.

¶ In ructu crepitue salutare hominis est plus satis vrbani.
ABSENTIBVS HOC PACTO SALVTEM AVT
mandamus, aut ꝑcamur, Formula Secunda.

Christianum plurimū saluere iubeo.

Christianū suum plurima salute impartit ERASMVS.

Arnoldum meum mea causa fac diligentissime salutes.

Matri quam potes officiosissime ex me salutem dicito.

Christiano bene esse cupio. Christiano vt bene sit precor.

Augustin⁹ tu⁹ te plurimū saluere iussit. Gerard⁹ me tibi suo

noīe salutē dicere præcepit. Ab ERASMO iussus sum te

magnope salutare. Oēs tibi salutē comprecant. Salutat te

Aegid⁹. Henricū meis verbis saluta diligēter. Iacob⁹ multā

salutē tibi adscribi iussit. M, T, C, Tyroni suo. S, D, P.

Præceptorē meū fac meo noīe salutes. Salutabis ex me pa-

trē tuū vix integerrimū. Adriano meo fac mea causa salutē

nuncios diligentiss. Salutato hoīes, quotquot de me, te ro-

gabunt.

ANNVENTIS FOR.

A iij

*Erasm. Quis
vult dadi
salutem p dadi
salutem. Sed quod
ille pmi*

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

AVGVSTI. Faciã equidem, ac Lubens. Curabo. Curabit.
Haud negligam. Habebo curã. Haud prætermittam. Volẽs
faciam. Nihil æque libens fecero. Curabo diligenter. Fiet.
Curã erit. Ita faciam.

ALIA SALVTANDI FOR.

Licebit interim honoris grã mutare salutãdi formã, hoc mō

Salua sit tua	}	Præstantia	Beatitudo
		Paternitas	Maieftas
	}	Sanctitas	
		clementia	Tuus Candor.
		reuerentia	excellẽtia.
		Dominatio	Dexteritas.

VALETVDINIS.

CHRI. Vt vales optime Augustine? Qui vales?
Quo pacto tecum agitur? Vt te habes?

RESPONSORIA.

AVGVSTI. Recte, bene valeo, belle, perbelle, bellissime.
Feliciter, q̄optime, pulchre, festiuiter. Haud male quidẽ va
leo. Bene habeo. ¶ Sin minus recte valeas, sic responde.
Cauẽ autem dicas vulgato more taliter qualiter quæ culina
ria est elegãtia, haud oratoria, Sed sic. Equidẽ vtcũq; valeo.
Mediocriter quidem valeo. Vt possum, qñ vt volumus nõ li
cet. Vt soleo. Ita vt superis visum est. Non optime sane. Plas
ne infeliciter. Non admodũ ex sententia.

ALIA DE VALETVDINE ROGANDI FORMVLA.

AVGV. At tu qua valetudines? Verũ tu Christiane, quas

FORMVLAE PER ERAS.

lis tua est valetudo? Qua valetudine es praeditus?

RESPONSORIA.

CHRI. Fauſta, incolumi valetudine, foelici, proſpera, bona, optima, Optabilis eſt.

LIBENS AVDIO, FOR,

AVGV. Laetus iſtud audio. Audire iſtud ex animo gaudeo. Ut idē facias ſemp opto. Eſt mihi iſtud auditu ꝑ ꝑiucundū. Voluptatē magnā mihi nuncias. Haud inuitus audio. Oppido letor iſtud audire ex te. ¶ Oppido aduerbiū. i. valde. Gaudeo tua cauſa. Lator vice tua. Ita vt perpetuo facias ꝑcor. Ut ſic ꝑdiutiffime valeas oro. Gratia deo. Laus ſuperis. Gratiam habeo coeleſtibus. Deo gratiæ.

¶ Deo gratias, eccleſiaſticis relinquito pro cantilena.

STATVS ET CONDITIONIS RERVM FORMVLAE.

CHRI. Quo tandē in ſtatu res tuæ ſunt poſitæ? Quo pacto res tibi habent? Recte ne ſunt omnia? Satis ne oia ex ſententiæ? Salua ne ſunt omnia? Suntne vt vis oia? An ex voto ſunt oia?

RESPONSORIA.

AVGV. In optimo ſtatu. In tolerabili. In foeliciffimo, medio cri. Omnia ſalua velim quidem. Recte quidem vellem omnia ꝑſpera at minime ſunt.

CHRI. Bene eſt. Recte. Optime. Bene factum. Perplacet. Eſt volupe. Gaudeo. Qui fit, vt minus ſalua ſint omnia?

¶ Caue dicas bonū eſt, pulchrū eſt, eſt rectū, in hoc dumtaxat ſenſu.

OPERIS, FOR.

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

AVGV. Sic dñs visum est. Quid agis? Quid rerum agis?
Quid operis facis? Quid negocij geris? Quid agitur res-
rum? Quid agis? Quid fit?

RESPONSORIA. NIHIL AGO FOR.

CHRI. Equidem ocium ago. Nil quidem agitur, nihil rerũ
ago, nihil sane fit apud me. Id quod vides, nempe nihil.

IMPEDIO TE, FOR.

AVGV. Sum fortasse tibi impedimento. Ego te fortasse q̄p̄-
piam agentem interturbo. Ego fortassis te aliquid conantẽ
obturbo. Forsitan negotia tua interrũpo. Remoror fortasse
rem tuã, negociũ.

RESPONSORIA.

CHRI. Imo in tpe aduenis. Opportũe ades. Expectat⁹ ad-
uenis. Nã voluptati est mihi tu⁹ aduent⁹, haud impedimẽto.

STVDES CONTINVE FOR.

AVGV. Tu perpetuo studes. Studes & noctes & dies. Assi-
duus in studio es. Nullũ facis studendi modũ. Immodico stu-
dio te maceras. Nullã studijs tuis quietẽ intermittis. Nunq̄-
studẽdi laborẽ intermittis. Nihil tibi parcis. Cõtinue studes.

IRRIDES ME, FOR.

CHRI. Nunc tu plane rides me. Derides me. Ludis nã nunc
me. Habes me risui. Iocaris mecũ. Me in derisum habes. Lus-
dibrio sum tibi. Illudis mihi, & illudis me. pro fallis me.

REM IPSAM DICO, FOR.

AVGV. Minime rideo, sed id quod res est dico. Non rideo
quidem imo rem ipsam dico. Serio loquor. Ex animo dico.
Ex animi sentẽtia loquor. Haud (ita me deus amet.) iocor.

FORMVLAE, PER ERAS.

CVR NON VISITAS NOS, FOR.

CHRI. Quid causæ est, quod iam pridem nos non viseris? Quid accidit, quod iamdiu ad nos non accesseris? Quid sibi vult, quod post tantū dierum nos non inuiseris? Cur tam rarenter nos visis?

NON LICVIT, FOR.

AVGV. Non licuit per occupatiōes. Nō licuit per ocium. Volui quidē, at nō licuit mihi p̄ mea negocia. Nō sinūt mea negocia, q̄ te aliquñ visam. Ita sum occupat⁹, vt nunq̄ fuerī occupator. Tot meres distinet, vt nihil fuerit ocij. Occupator fui, q̄ vt potuerī. Negotijs multis impedit⁹ venire nō potui. Non licuit per valetudinem. Non licuit per tempestatem.

CHRI. Accipio excusationē ea lege, ne sæpe vtaris. Excusationē tuā recipio. Occupatiōes tuæ, excusatiōis locū habent.

¶ Habeo te excusatū: & si grammatice ac latine dicit, tamē oratio est vulgaris, & propemodum culinaria.

AGO GRATIAS Q VOD LITERAS AD ME
DEDERIS FOR.

AVGV. Gratum mihi fecisti, quod aliquoties ad me scrips-
seris. Habeo gratiā, quod ad me crebrius scripsisti. Amo te,
quod interdum ad me literas dare non dedignat⁹ es. Habeo
gratias, quod crebris literis me visitaſti. Ago tibi gratias, q̄
literarum fasciculis nos onerasti. Maxima tibi a me habetur
gratia qui nos aliquando literis laceſſiuiſti.

NOVA ROGANDI, FOR

CHRI. Nihil ne nouarū rerū e patria affertur? Nunquid no

COLLOQVIORVM FAMILIARIVM

ui de n̄ratib⁹ accepisti? Quid noui? Quæ noua fers? Nū qd noui fert? Nū q̄ res nouæ e patria nūcianť? **RESPON.**

AVGV. Noui quidem permultum, at nihil veri. Nouarū quidem rerum satis, at nihil comperti. Noua permulta, at explorati nihil. Non parum noui, at veri non multum. Nihil affertur noui. Nouarum rerum nihil penitus accepi. Comperti nihil, noui quidpiam. Rumores afferuntur permulti, sed dubij. plurima est phama, at rerum nihil, firmi nihil.

AN ACCEPISTI LITERAS, FOR.

CHRI. Nihil ne lr̄arū accepisti? An vllas e patria recepisti lr̄as? Nullæ tibi sūt redditæ lr̄æ? Nū qd scriptorū accepisti? Num q̄s accepisti epistolas? **RESPONSORIA.**

AVGV. Literarum nihil accepi. Equidem pecunias q̄ literas malim. Argentum accipere malim q̄ epistolas. Pecuniā recipere malim q̄ epistolia. **CREDO, FOR.**

CHRI. Facile credo. Haud difficile creditu est. Credi istud per facile potest. Istud tibi quis non credat? Admodum incredul⁹ fuerit, q̄ hoc tibi nō credat. At vtrūq̄ malī q̄ neutri.

AD QVID LITERAE VACVAE, FOR.

AVG. Quorsum spectāt lr̄æ sine pecunia? Aut qd tandē inanes cōducūt lr̄æ? Quorsum valēt, ad qd cōferūt, faciūt lr̄æ vacuæ? Cui gratæ, cui acceptæ lr̄æ sine nūmis? Quid emolūmēti adferūt lr̄æ inanes? **RESPONSORIA. VTI-**

LITATIS, FOR. **CHRI.** Podici tergēdo vtilis, idoneæ. Cōducūt natib⁹ tergēdis. Si vsū nescis earū, ad anū expurgandā valēt. Ad nates extergēdas. Ad posticū purgandū. Ad clunes mūdandos. **VT VALENT AMICL**

AVG. Quid? valent ne amiculi? Quid vxor agit tua?

FORMVLAE, PER ERAS.

RESPON. ¶ CHRI. Recte eam apud matrem reliquis,
& quidem prægnantem.

BENE ESSE ILLI PRECOR, FOR.

AVG. Bñ & tibi & illi vertat, tibi, qđ pater, illi, qđ mater futura sit. Assit deº. Vt vtriq; vřm faustũ foelixq; sit, pcor, opto. Quæso, oro supos oēs, vt incolumis plem vobis dignã pariat, & pulchra faciat te ple parentē. Laudo te, qđ vix te præstiteris. Laudo te, vix pstitisse. Gallũ te esse declarasti. Abi, virũ te iudico.

RESPONSORIA.

CHRI. Augustie facis tuo more. Age age, est tibi ius apđ me loquēdi q̄ voles. Audio te patriã nup reuississe. AVG. Sic est factũ. Nã diutiuscule iã abfuerã. ñ ferebã tã diuturnũ patriæ desyderiũ. Nõ poterã a parētũ aspectu abesse diutiº. Torquebat me diutinũ amicorũ desyderiũ. CHRI. Pie fecisti. Piº es q̄ ista cogitas. Ducimur em̄ oēs admirabili qđã amore eiº regiõis q̄ nos aluit atq; ædidit. Et nescio q̄ natale solũ dulcedie cūctos attrahit, & immemores nõ sinit esse sui. Dic q̄so q̄nam in loco illic offendisti oĩa?

NOVA OMNIA. FOR.

AVG. Nihil nõ nouũ. Mutata oĩa. Nouata oĩa. Oĩa noua. Vide quã repēte t̄pus res mutet hūanas. Vix dũ decenniũ abfuerã, & nõ secº oĩa admirabar, quã Epimenides somniatorũ pñceps sua somnia. CHRI. Missas fac has nugas. q̄nã ista ẽ fabula? AVG. Dicã equidẽ si vacat. CHRI. Nihil fuerit iucũdiº. AVG. Sellã igit vna cũ puluio mihi poni iube. CHRI. Recte admones, nã sedēs cōmodiº mētierũ. AVG. Fabulanť historici de Epimenide qđã Cretēsi, q̄ deambulãdi grã solus vrbe egressus, quũ in quadã spelũca obdormisset, quadraginta septem ppetuos annos soporẽ cōtinuasse dicitur.

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM
NON CREDO FOR.

CHRI. Quid narras? Incredibile dictu. Nō veri simile dicis.
A ueritate aberras. ueritatis limites excedis. Nō fit mihi simili
le uero. Quid tandem Theologū tot annos somniasse reris?

RESPONSORIA.

AVGV. Si bene cum Epimenide actum est, qui vel tandem
ad se rediit, multi Parrhyſijs Theologi, non vnq̄ expergiscū
tur, cum quibus male agitur.

CHRISTI. Age facis ut poeta dignū est. Sed perge mentiri.

AVGV. Epimenides igitur somno solutus, e spelunca p̄dit,
circūspicit, videt om̄ia, syluas, ripas, flumina, arbores, agros,
breuiter nihil non nouum. Accedit ad urbem, percontatur,
manet illic aliquādiu, neq̄ nouit quēquā, neq̄ a quo piā ag
nitus est. Nec miror hoc Epimenidi post tantum annorum
euenisse, quando mihi post pauculos annos idem propemo
dum euenit.

CHRI. Quid uterq̄ parens, uiuunt ne?

AVGV. Viuunt ambo: & valent utcūq̄, senio, morbo, cur
ris, deniq̄ bellorum calamitate confecti.

CHRI. Cœnabis domi ad uesperum.

AVGV. Foris cœnaturus sum, foris cœnare debeo.

CHRI. Apud quem?

AVGV. Apud focerū meū, apud generū meū, apud nurum
meam, apud affinem meum.

Affines

¶ Affines dicuntur, qui non sanguinis, sed matrimonij con
iunctione copulati sunt.

FORMVLAE, PER ERAS.

CHRI. Quæ sunt igitur vsitata vocabula affinitatum?
NOMINA AFFINITATVM.

AVGV. Maritus & vxor nota sunt.

Socer	vxoris meæ pater est mihi
Gener	filia meæ maritus
Socrus	vxoris meæ mater
Nurus	filij mei vxor
Leuir	mariti tui frater
Fratria	fratris mei vxor
Glos	mariti foror
Vitricus	matris meæ maritus
Nouerca	patris mei vxor
Priuignus	uxoris aut mariti filius
Priuigna	filia alterutrius
Riuialis	qui amat eandem
Pellex	quæ amat eundem

CRAS PRANDEAS, FOR.

CHRI. Ago gratias. Laudo te. Cras igitur te ad coenam vo-
co. Cras ergo vt mecū cenes oro. Cras igitur mecū prande-
as, oro. Cras igitur te mihi conuiuiam volo.

TIMEO NE NON POSSIM, FOR.

AVGV. At vereor, ne non mihi licuerit. Vt possum metuo.
Veniam, si quidem licebit. At metuo, ne nequeam.

QVARE FOR.

CHRI. Cur non licebit? Quid sic? Quid ita? Quam ob-
rem? Quo pacto? Quid causæ? Quid obstat quo minus

B

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

poteris? Onerare ita?

DOMI ME ESSE OPORTET.
FORMVLA.

AVGV. Tum quidem mihi domi manendum est. Vt domi nocte sim, necesse est. Tum certe foris esse non licebit. Cras quoque mihi ire foras, liberum non erit. A prandio abesse mihi integrum non erit. Aliquot ipse conuiuas eo die oportet. Aliquot amicum constituere ea nocte domi nostrae cenare. Ipsi mihi conuiuae sunt ea nocte tractandi, alioqui lubens venirem. Ni id esset, haud grauatim facerem. Quod nisi esset, foret, haud me tibi difficilem praerberem.

CHRI. Vel perendie apud me sis oportet. Saltem perendino die ad cenam venias, necesse est.

NON POSSVM PROMITTERE, FOR.

AVGVSTINVS. Nō possum polliceri. Affirmare istud tibi non possum. Promittere certe nequeo. Veniā vbi utriusque nostrum videbitur commodissimū.

DIEM DICERE DEBES,
FORMVLA.

CHRI. Diem igitur mihi constituas volo, ad quem mecum sis cenaturus. Diem igitur dicas, oportet, necessum est. Diem igitur promittas, necesse est.

NOLO TE PRAESCIRE,
FORMVLA.

AVGV. Praesciū te esse nolim. Praescire te nolo. De improviso te opprimā. Inopinato te opprimā. Te nec opinantem op

FORMVLAE, PER ERAS.

pressero. Te nihil suspicantem oppressurus sum. Non expectatus adfuero. Adoriar te nec opinantem.

PRAESCIRE VOLO, FOR.

CHRI. Biduum praescire volo. Biduum praesci⁹ esse cupio? Biduū ante scire volo. Fac me biduo ante certiolem.

TVO MALO OPTAS HOC, FOR.

AVGV. Equidem tuo detrimento. Tu opte quidem malo. In damnū tuū, istud optas. Incōmodo multo precaris tuo.

CHRI. Quid ita? Quamobrem?

AVGV. Ego instructus accedam. Ego munitus veniam. Aggrediar te paratus. Instructus multa fame accedam. Tu vide vulturem expleueris. Parabo ventrem ac dentes exacuiam, tu vide quibus modis lupum exatures, pascas.

CHRI. Age ad hoc certamen te prouoco. Age fac pro viribus, pro virili, si quid potes maxime.

EA LEGE PROMITTO,
FORMVLA.

AVGVSTINVS. Veniam quidem, at ea lege vt tu postridie vicissim apud me coenes. Faciam eo quidem pacto, vt tu deinde mihi quoq; sis conuiuia. Ea lege coenam condico, vt tu rursus mihi sis conuiuia. Spondeo futurum. Recipio tibi facturum me. Do fidem futurum his quidem legibus, vt tu mecum postridie prandeas.

CHRI. Age fiat. Esto. Sit ita vt uis. Si iubes, faciam. Noui Gallorum magnificentiam: non vis ea gratia apud me coenare, nisi vices retuleris.

B ij

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

Cæterum, ego te detineo, alio fortasse iturum.

AVGV. Imo ego te opinor. Sed cras lati⁹ & familiari⁹ cōfabulabimur. Verū crastino die plura nugabimur. Interim fac valeas. Interim fac bene valeas.

QVO IS, FOR.

CHRI. Quo tu nunc abis? Quo tu nunc properas? Quo tu tam celeri gradu tendis? Quo nam pergis?

EO DOMVM, FOR.

AVGV. Domū me recipio. Domū reuertor. Domū repeto. Domū me cōfero. Viso quid domi agat. Accerso medicum. Rus hinc cōcedo. Cōstitui ad hanc horā cū viro quodā grauissimo colloq. Statui hac hora verba facere cū viro grauiss.

CHRI. Quonam?

AVGV. Curione multiloquo.

CHRI. Quanam iturus es? Qua ibis?

AVGV. Hac ad sinistrā, hac, illac, per forum.

CHRI. Comitabor igit me. Sociabo te vsq; ad diuerticulū.

AVGV. Hic te superis commendo. Nolo te lōgius comitē. Vterius nolo me comiteris.

COMMENDANDI, FOR.

CHRI. Tu me Curiōi magnopere cōmendato. Fac me Curioni multiloquo q̄ cōmēdatiss, habeas. me Curioni cōmēdatū q̄ diligētiss, curato. Iube hō, vt me sibi cōmēdatiss, habeat. Ego me illi per te cōmendatū facio. Me tibi etiā atq; etiā cōmēdo. Me tuæ hūanitati q̄ possum diligentiss, cōmendo.

¶ Recommendo, aulicis pro vrbanitate rustica relinquito.

FORMVLAE, PER ERAS.

Vide, ne pauca cum multiquo loquaris.

OBSEQ VII FOR.

AVGV. Vis me tibi morē gerere? Vis me tibi obsequi? Plas-
cet me tibi obsecundatur? Te igit̃ imitari me iubes? Q uan-
doquidē ita vis faciam libentissime. Sed priusquā abeas, quæ
so te, ne graueris mihi dicere, quo pacto est his, in culpa, in
causa, vtendum. Legisti opinor autores, quibus modis solis-
ti sunt his vti.

CHRI. Quin tu poti⁹ id aperi, qui soleas elegantiaē studio-
sissimus esse. Quare age doce obsecro. Dissere amabo.

IN CVLPA, IN CAUSA, IN MORA.

AVHV. Mos gerendus est tibi. Non est culpa in me. non est
culpa in te. Mora est in te, in causa tu es, latine quidem ac grā-
matice dicitur, at multo elegantius.

IN CVLPA.

Nō sum in culpa. Culpa non est mea. vaco culpa. Quod ni-
hil proficis, tua desidia in causa fuit, non præceptor, nō pa-
ter tuus. In culpa omnes estis. vtriq; in culpa estis. Vtriq; cul-
pandi estis. Ambo accusandi estis. Ambo in culpa estis. Inci-
disti in morbum tua ipsius causa.

IN CAUSA.

Quo minus ad te scripserim, morbus in causa fuit. Quod
rarius ad te scripserim, mea negocia in causa fuerūt, nō negli-
gentia. Quid in causa fuit? Quid causæ fuit? Ego non sum
in causa. Q, nullas a me literas acceperis, tabellarius in cau-
sa fuit. Quod tam macilentus es, amor, non studium in cau-

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

sa fuit. Hoc est in causa.

IN MORA,

Non ero vobis in mora. Quidnam vobis in mora fuit? Tu nobis in mora fuisti. Tu semper in mora es. Quid te remoraturū est? Quis te remorat? est? Habes quod petebas, tuū est memoriæ inculpere. Vale mi Christiane.

CHRI. Vale in crastinū & tu mi Augustine. Salve multum iucundissime Augustine.

AVGV. Salve tantundem mi humanissime Christiane. Bonum sit tibi huius diei primordium. Bona vespera. Salubris sit tibi hæc dies. quid tandem agitur?

CHRI. Suauiter, vt nunc res nostræ sunt. Omnia quæ vis.

AVGVSTINVS. Merito te amo. Amo te. Amandus es. Benigne dicis. Habeo gratiam.

IRASCOR TIBI, FOR.

CHRI. At ego non nihil tibi succenseo. At ego tibi subirascor. Verum ego tibi sum subiratus. Atqui ego sum in te stomachosior. Atqui non nihil est, vel habeo quod tibi succenseam.

QVA CAUSA, FOR.

AVGV. Quidnam est istud obsecro? Quid ita? Quā ob rem tandē oro? Quid admisi sceleris? Quid cōmerui? Demereor bona, aut laudem, commereor mala aut crucē dicitur, illud in bonam, hoc in malam partem sumitur.

QVIA NON CVRAS ME, FORMVLA.

FORMVLAE, PER ERAS.

CHRI. Quod nulla mei tibi cura sit. Quod nihil nos respicis. Quod tā raro nos reuifas. Quod nihil nos cures. Quod me plane negligis. Quod nostri curā videris abiecisse.

RESPON.

AVGV. At nihil est causæ cur succenseas. At præter meritum meum. At immerito succenses. Neq; enim mea culpa accidit, quod te rarius visam. Dabis veniam occupationib; meis, per quas mihi non licet toties, q̄ties cupio, te reuifere.

CHRI. Ita demū tibi ignoscam, si hodie apud me cœnes. Ea conditione purgatus mihi eris, si uespero ad cœnam venias.

AVGV. Haud iniquas pacis leges præscribis Christiane, quare haud inuitus faciam. Equidem faciam volens. Istud quidem fecero perlibenter. Nihil hac re fecero libentius. Animo faciam lubenti.

CHRI. Laudo tuam facilitatem, & in hac re & in cæteris omnibus.

AVGV. Sic soleo amicis obsequi, præsertim non iniqua petentibus. Ridiculum, an tu me recusaturum putabis oblatū, quod vltro etiam erat rogandum?

NE FEFELLERIS ME,
FORMVLA.

CHRI. Age, at caue ne me deluseris. Caue me fallas. Caue spem frustra foueam. Caue opinionem luseris.

AVGVSTI. In cæteris nihil iuro. In cæteris time, hac in re nō fallā. Sed heus tu, caue quicquā paraueris præter cotidiana, mea causa dies festos nolo. Scis me cōuiuā minime edacē,

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

bibacem multo minus. Nosti enim me conuiuiam non multi cibi, sed ioci plurimi.

CHRI. Curabitur diligenter. Ego te Pythagorica cœna excipiam, aut fortasse frugaliore.

AVGV. Imo Diogenica, si me delectare voles.

CHRI. Placet, fiat vt mones. Tu vide omnes curas tuas, ac rugas etiã istas domi relinquant. Huc præter nugas, & risum nihil adferas. Et vt inquit Iuuenalis. Protinus ante meũ quicquid dolet exue limen.

AVGV. Quid? literas mecum venire nõ vis? Musas meas mecum adducam, nisi quid aliter censes.

CHRI. Tetricas Musas vna cū negocijs domi claudas. Blãdas Camœnas omnes, deinde sales tuos, dicteria, scommata, facetias, lepores, ridicula omnia tecum adducito.

AVGV. Ita fiet, Exporrigemus frontem. Epicurũ uiuemus. Curabimus cutem. Indulgebimus genio. Genialiter cœnabimus. Epicureos agemus.

¶ Bonum vultum faciemus, aut vultum exhilarabimus, latine quidem, sed minus significanter dicitur.

CHRI. Quo nunc properas?

AVGV. Ad generum meum.

CHRI. Quid illuc, quideo, quid illo?

AVGV. Audio, nescio quid turbæ inter eos natũ, vt redigã eos in gratiã, cõcordiã, pacem inter eos componam.

CHRI. Benigne facis, quanquã nihil te opus esse arbitror. Nã ipsi inter se melius hoc bellum composuerint.

FORMVLAE, PER ERAS.

AVGV. Fortasse & induciæ indictæ sunt. Noctu de pacis legibus agetur. Sed nunquid aliud me vis ?

CHRI. Vocabo te per puerum meum.

AVGV. Vbi voles, domi ero. Bene vale. Bene sit tibi.

CHRI. Fac hic ad quintã horã adsis. Heus Petre, accerse ad cœnã Augustinũ Baretũ, q̄ mihi hodie, vt scis, cœnã pdixit.

PVER PETRVS. Eo. Salue poeta, cœna iam dudũ parata est, te herus expectat domi, vbi voles, accedas.

AVGV. Venio. Salue mi Christiane.

CHRI. Bene factum quod venisti. Gaudeo te aduenisse, gratulor aduentui tuo. Nondum quintam sonuit credo.

PVER. Immo iam dudũ præter ita est. Haud longe a sexta abest. Instat hora sexta. Circiter est sextam.

AVGV. Parui refert, an post quintã venerim nec ne, modo ne post cœnã. Nam post festũ venire miserũ est. At quorsum tot apparatus ? Quorsum tot epulæ ? Num me lupũ existias ? Num tibi lupus videor ? Num me vulturem putas ? Haud ita conueneras. Longe aliter pollicitus es.

CHRI. Age inepte, nec ipse ita cõueneras. Cõueneras em̄, ne quid præter nugas inferres. Quin hæc missa faciam ? Laue mus ac discumbamus. Heus tu ganeo ministra aquam, quid cessas ? Laua Augustine.

AVGV. Laua prior.

CHRI. Hoc anno perpetuo illotus cœnare malle.

AVGV. Ridiculum, non honoratori, sed turpiori añ alios lauandum est. Laua igitur vt immundior.

C

COLLOQVIORVM FAMILIARIVM

CH. Tu es urbanus plus satis. Es urbanior quam satis sit, quam par sit. Quorsum attinet ista urbanitas? Interim coena corrumpit.

AVGV. Vivamus nunc, ac cutem laute curemus. Simus nunc Epicurei. Nihil nobis cum fronte Stoica. Valeant curae.

CHRI. Quinam sunt isti Stoici atque Epicurei Augustine?

STOICI ET EPICUREI QVI.

AVGVSTINVS. Stoici philosophorum quoddam genus est triste, seuerum, ieiunum, qui hominis summum bonum honesto, nescio quo, metiuntur. Epicurei his longe diuersi felicitatem hominis voluptate terminant.

CHRI. Tu igitur cuias es tandem Stoicus an Epicureus?

AVGV. Stoicos laudo, at Epicurum viuo.

CONSECRATIO COENAE.

CHRI. Heus Dromo ades huc. Tuo munere fungere: consecra coenam.

PVER. Benedicite. HOSPITES. Dominus.

PVER. Omne quod appositum est, & apponet, per verbum dei sanctificetur. In nomine patris & filii & spiritus sancti. Amen.

CHRI. Appone epulas. Quid cunctamur hunc capum decerpere? quid trepidamus hunc gallum lacerare?

AVGV. Ego herculem praestabo, ac belluam hanc conficiam. Vtrum mauis de ala, an de poplitibus?

CHRI. Vtrum vis, nihil mea refert.

AVGV. In hoc genere alis primae partes tribuuntur, in caeteris poplites lautiores putat vulgus.

CHRI. Tu multum laboris mea causa capis.

FORMVLAE, PER ERAS.

Tu permultum laborem mea causa sumis.

¶ Pro me, aut ppter me multū laboris capis, rustitior est oratio. Quid si ego vicissim tibi de his clunibus ministrē?

AVGV. Non amo.

CHRI. At nihil lautius.

AVGV. Tu igitur tuos clunes istis clunibus pasce. Tibi igitur istas delicias habe.

CHRI. Tu omnibus ministras, ipse nihil manducas. Ego tibi hanc alā ministrabo. at ea lege, vt dimidiū mihi restituas.

AVGV. Ita ne agiſ? At istud est tibi ministrare, nō mihi. Tibi serua. Ego em̄ sū imprudētior, q̄ cui mīstrari q̄c̄q̄ debeat.

CHRI. Probe facis.

AVGV. Eho, tu lupo cibum ministras. Vulturem inuitas.

CHRI. At pitissas, non cœnas.

AVGV. Immo me vno nihil est edacius.

CH. Immo mendaci⁹ nihil. Perinde agito ac si domi sis tuæ.

AVGV. Istud iam plane mihi persuasi. Istud iam in animū is duxi, sic stat sententia. Consilium mihi est istud facere.

¶ Hoc iam proposui facere, vulgi sermo est.

CH. Quid tibi hoc vinū placet? Qui te hoc villi delectat?

AVGV. Mihi quidem perplacet. Me certe vehementer iuuat.

Me satis delectat. Me non mediocriter iuuat.

CHRI. Vtrum maius rubrum an candidum?

PARVI REFERT QVO SIT COLORE.

AVGV. Equidem vtroque iuxta delector. Nihil refert quo sit colore, modo sapor placeat. Non laboro quantum oculis

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

placeat vinū, mō palatū iuuēt. Nihil me mouet aspect⁹, si sapor placeat. Parui refert q̄ sit colore, quē habeat colorē, si sapiat bene. Non conor oculos pascere, si palato satisfacere q̄rat, modo palatum iuuare possit.

CHRI. Credo, tamē iudicium tuum audire cupio, hominis in his rebus peritissimi.

IVDICIVM DE VINO RVBRO ET ALBO.

AVGV. Albū nostrates rubro præferūt, quod albū paulo sit acerbius, & alterum exilius quidē, sed illud mitius & (ut arbitror) salubrius.

CHRI. Heus puer vbi cessas? Nos hic plane negligis, non vides quanta sit hic siccitas? Quid si hoc rerū statu incendiū contingeret, quo restinguerem⁹? Dato singulis plenos cyathos. Augustine quid habes, quod parū es hilaris? Quid accidit tibi, quod sedes tristior? Quid tibi est, quod minime gaudes? Aut doles, aut carmina condis.

*Melissa se Chrysippum
audire parat. No.
mouit*

AVGV. Tu nunc Chrysippum agis. Melissa tibi opus est.

CHRI. Quam hic mihi fabulam narrat?

AVGV. Scio me furdo a fello narrare fabulā. Nihil em̄ intelligis, quod studio, ex industria, de industria interdum facione tibi placere incipias. Sed qd' tristior tibi videor, nihil est. Omnia recte, benignitate diuina, atq; opera tua. Sed cur natura paulo taciturnior sim, non est opus expresso. Scis, opinor, quid sibi velit.

CHRI. Memini. Recte admones, liberali⁹ bibendum.

REM ATTIGISTI, FOR.

FORMVLAE, PER ERAS.

AVGV. Rem acui tetigisti. Recte iudicas. Scopum attigisti.
Nam fecundi calices quem non fecere disertum?

CHRI. Perdocte tu quidē Augustine, vt omnia. Sed qm̄ in
sermonē vinariū, in mentionē incidim⁹ vinorū, libet interro-
gare, quonā cōsilio veteres illi Bacchū, quem vini autorem
videri volebant, poetarum deum dixerunt.

AVGV. Quæstio (ita me Bacchus amet) poculis digna,
verum quorsum tuæ quæstiones spectent, satis intelligo.

CHRI. Quorsum amabo?

AVGV. Hoc silentium iam tibi constabit. Astute de vino
disputationem in ꝑcis Gallica astutia, quam didicisse Parrhi-
sijs te suspicor. Quam (vide) conficiamus. Abi, virum te
iudico, non frustra in tanta schola uersatus es.

CHRI. Accipio tua dicta, referam paria scōmata, vbi erit
commodum. Sed ad rem.

AVGV. Dissoluam vbi bibero. Siquidē absurdū fuerit sicco
palato, de quæstione vinosa disputare. Præbibo tibi Christi-
ane. Propino tibi hunc cyphum dimidiatum.

CHRI. Accipio a te libenter. Sit saluti. Profit.

AVGV. Iam accingor, vt me missum facias. Ego meo mo-
re præpostere faciam. Quod Baccho pueritiæ effigiem tri-
buerint id habet mysterij, quod vinum potum curas & solis-
citudines animis nostris eximit, hilaritatēq; quandam indu-
cit. Quare senibus quoq; ipsis iuuentam quandam reddere
videtur, dum & hilariores facit & formosiores. Id qd' Hora-
tius cū multis in locis, tam præcipue his versib⁹ apte testat̄.

FAMILIARIVM COLLOQ VIORVM

Ad mare cum veni generosum & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cum spe diuite manet,
In venas animūq; meum, quod uerba ministret,
Quod me Lucanæ iuuenem commendet amicæ,
Nam qd' huic poetas dicant deo, id significatū voluisse suspi
cor, qd' vinū & ingeniū excitat, & facundiam ministrat, quæ
duo poetæ sunt aptissima. Habes quod quærebas.

CHRI. Nihil vnq; audiui verisimilius dici ab hoīe poeta, di
gnus es qui bibas, gemina haustum. Heus puer, tolle hanc
patinam, atque appone cætera.

AVGV. Puerum habes admodum iurbanum.

CHRI. Est veterator nequissimus.

AVGV. Cur non instituis alio pacto?

CHRI. Difficile est canē vetulū loris assuescere. Difficillimū
est, veteratorū mutare mores. Colla canum veterū nequeūt
attingere lora.

SI COGNOSCEREM QUID TE OB LECTET, TIBI SERVIREM, FORMVLA.

AVGV. Decerperem tibi quippiam, si palatum tuum tene
rem. Ministrarem tibi, si gula tua mihi satis cognita esset. Ap
ponerem tibi, si quid potissimū iuuaret scirem. Equidem tan
tundem palato sæpe, quantum animo sapio.

CHRI. Palatum habes eruditissimū. Nihil tuo palato docti
us, eo te quoq; miseriorem puto. De cuius singulari peritia
testatur Satyricus.

FORMVLAE, PER ERAS.

Ostrea callebant primo deprendere morsu,
Et semel aspecti dicebant littus echini.

AVGV. Et tu mihi Christiane, vt par pari referam, ipsum
audiuisse Epicurum, aut in schola Catiana institut⁹ videris.

Quid em̄ tua gula, aut sapientius, aut fastidiosius?

CHRI. Si oratoriam æque artem, vt Culinariam callerem,
non Cicero ipse me vinceret. Equidem si alterutra carendū
esset, Culinariam quam Rhetoricam malle.

AVGV. Non stolide eam partem selegisti, grauius, acute,
vereq; iudicas. Quid enim Oratorum cōfert loquacitas? ni
si quod aures ociosas inani voluptate demulcet. Culiaria tū
palatū, tum ventrē, tum totū hominē, quantus est, pascit, ac
reficit. Quid igit̄ fileam? concedat laurea linguæ, inquit Ci-
cero, at vtraque concedat Culinæ. Nunquam mihi Stoici il- Stoici:
li magnopere placuerūt, q̄ om̄ia ad suū, nescio quod, honestū
referentes, cutis ac palati nullā rationē habendā putant. Dici
nō pōt, quāto Diogene sapiētior Aristipp⁹ mihi fuisse videt̄.
Ego Stoicos cū suis ieiunijs contemno. Epicurū magis lau-
do ac probo, q̄ Diogenē illum Cynicū, qui olerib⁹ incoctis,
ac simplici aqua victitabat. Quare nihil miror, si Alexan-
der rex fortunatissimus se Alexandrum quam Diogenem
esse maluit. Nec quidem ego humuncio cum Diogene me-
am philosophiam commutarem, fortassis & Catus tuus fa-
cere recusaret. Melius nostri temporis Theologi sentiūt, qui
contenti Stoicorum more disputare, viuendo ipsum etiam
Epicurum vincunt. At ego quidem rem in primis præclarā

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

philosophiam puto. Nimiū philosophari nō laudo. Est em̄ res per quam ieiuna, sterilis atq; tristis. Vbi in calamitatem aut egritudinem incidi, tum demū ad philosophiam, tanq̄ medicam confugio. Vbi conualeo, rursus illi valere facio.

CHRI. Tuam rationem probo. Te laudo. Quid tandē habes ERASME, quod parum sis hilaris? An mihi succēses, quod te frugaliore cœna exceperim?

ERASMVS. Immo iam tibi sum iratus, quod tantum impendij mea causa sit factum. Interminatus erat Augustinus, ne sua causa, dies festos faceres, vis nos posthac redire nunq̄. Nam talem cœnam dare solent ij, qui vnā dumtaxat dare cōstituisent. Quos tandē conuiuias videris accepisse? Non amiculis, sed satrapis cœnam parasse videris. An nos vultures credis?

CHRI. Etiā tu pergis esse Demea. Cras vt lubet disputa, hodie Mitionē te præbeas, oro. De impendio cras sobrie disputabimus, nunc nil nisi meras nugas audire libet.

AVGVSTINVS. Christiane, vtrum de bubulis an de ouillis carnibus maus?

CHRI. Bubulis quidem magis delector, at ouillas magis salutare arbitror. Ita ingeniū est hominū, vt perniciosissima quæque appetant vehementissime.

AVGV. Galli suillas carnes mirum in modum amant.

CHRI. Galli amant quæ paruo constant.

AVGV. In hoc vno Iudæus sum. Nam nihil æque odi atq; carnes suillas.

FORMVLAE, PER ERAS:

CHRI. Nec iniuria. Quid enim insalubrius? Ego in hoc, non cum Gallis, sed cum Iudæis sentio.

ERAS. At ego ouillas pariter amo, & suillas: sed diuersa ratione. Nam ouillis, quod amem, libenter vescor. Suillas præ amore non tango, ne quid offendam.

CHRI. Bellus homo es ERASMVS ac festiuus. Equidem mirari mecum sæpe soleo, vnde tanta in palatis hūanis diuersitas. Nam vt Horatiano carmine vtar.

Tres mihi conuiuæ prope dissentire videntur.

Poscentes vario multum diuersa palato.

Quāquam, vt ait Comicus, quot homines tot sententiæ, & suus cuique mos. Tamen nemo me adduxerit, vt credā plus ingenio inesse varietatis quam palato.

ERASMVS. Ita vix duos reperias, quos eadē iuuent. Per multos vidi, qui butyri ac casei ne olfactū quidē ferrent. Sūt quibus carnes nausæ sint. Alius elixis, alius assis abstinet. Multi aquam vino præferunt. Et quod incredibile est, vidi hominem, qui nec pane nec vino vteretur?

AV. Et quibus tandem miser ille victitabat? Quibus vescebat?

ERASMVS. Cæterorum nihil fastidiebat, nō carnes, nō pisces, non olera, non poma.

AVGV. Vis vt istud tibi credam?

ERASMVS. Si lubet.

AVGV. Credo, at ea lege, vt vicissim mihi mentienti fidem sis habiturus.

ERASMVS. Age, faciam, modo verecunde mentiaris.

FAMILIARIVM COLLOQ VIORVM

AVGVSTINVS. Quasi vero sit quicquam tuo commēto impudentius.

ERAS. Quendam in Italia, cum illic agerē, videre memini, q̄ nullo, neq̄ cibo, neq̄ potu adiutus, somno faginabatur.

AVGVSTINVS. Vt nihil pudet. Non possum illud Satyricum non dicere.

Tunc immensa caui spirant mendacia folles.

Tu poetaris. Tu nunc poetam agis. Nam mētiris dicere, mihi religio est. Mentiris dicere, religione prohibemur.

De somno
ERAS. Mentiar, si non Plinius autor certissim⁹ scripsit, vrsūm. xiiij. dies solo somno mirum in modū faginari, quo tamen ita alte premitur, vt ne vulneribus quidem queat excitari. Immo quo magis mireris, addam quod Theophrastus scribit, per id tempus vrsorum carnes coctas quoq̄, si afferrentur, reuiuiscere. Vereor ne Parmeno ille Terentian⁹ ista non contineat.

CHRI. Mihi facile fidem facis. Ministrarem tibi de ceruinis carnibus, si fatis essem vrbanus.

ERAS. Vnde tibi nunc venatio?

CHRI. Midas hominum omnium qui viuunt liberalissim⁹, nostricq̄ amantissimus, mihi misit. Idem suo more nudius tertius hunc ceruum venatus est. Quid tu, qui soleas istius studij esse amantissimus?

ERASMVS. Equidem hoc studio plane relicto, iam præter literas nihil venor.

AVGV. At mihi ^{1. 2.} videntur quouis ceruo fugatiores. Duob⁹

FORMVLAE, PER ERAS.

tamen potissimū canib⁹ assequimur, admiratiōe scilicet, atq^{ue} improbitate laboris. Nam & admirari plurimū discendi ar^{tem} dorem ministrat, & vt facundissimus poeta scripsit, Labor improbus omnia vincit.

Admiratio. & improbitas laboris.

ERAS. Amāter admones Augustine, vt soles: p^{ro}pterea non desistam, non quiescam, nō defatigabor, donec consequar.

CHRI. Carnes ceruinæ sunt nunc admodū tempestiuæ. Meminit Plinius de hoc animante quiddam admirabile.

AVGV. Quidnam obsecro?

CHRI. Quoties arrexere aures, acerrimi esse auditus, at contra quando remisere, surdos.

AVGV. Istud ipsum persæpe numero euenit. Nam si quando mihi fiat sermo de dandis mihi aureis, nihil tam auritum. Hic enim cum Pamphilo illo Terentiano aures arrigo, vbi de recipiendis a me verbum fit, illic remitto.

CHRI. Laudo te. Facis vt te decet.

AVGV. Vis de his leporinis clunibus?

CHRI. Serui tibi.

AVGV. An de tergo mauis? Hoc animal præter terga & posteriora nihil habet appetendum.

CHRI. Vidisti ne vnq^{ue} leporem candidum?

AVGVSTINVS. Sæpe numero, & sæpius numero. Plinius, in alpibus cādidos reperiri scribit, quibus hybernis mē^{si}bus niuem pro cibatu esse sit creditum. An verum sit, Plinius ipse viderit. Quod si leporis cutem candidam reddit nix, stomachum habeat candidum, necesse est.

COLLOQVIORVM FAMILIARIVM

CHRI. Mihi verisimile non fit.

AVGV. Accipe magis admirandū, at fortasse tibi nō inauditū. Idem vtrancq; vim singulis inesse testatur maris & foeminae, ac foemellas sine mare aequè gignere. Istud ipsum multi asseuerant, praesertim venandi studiosi.

CHRI. Si nil uest nugamēti, verè arbitror. Si est vt dicis, nihil verius. Est ita vt dicis. Sed hos cuniculos si placet, tentem^{us}, q̄a pinguiusculi sunt ac tenelli. Ministrarē illi Nymphae, si p̄p̄i^{us} affiderē. Augustine isti^{us} tibi vicinae curam age, si libet, calles eīm quo gestu sit ministrandū istis Veneribus.

AVGV. Teneo quid dicas nasute. Quid te anserinae carnes delectant? Me quidē nō mediocriter iuuant, vt sum minime fastidiosus. At hic miser, nescio quo pacto nihil me iuuat. Nihil enim in vita vidi ficci^{us}. Siccior est pumice, aut etiā nouerca Furij illius, in quē Catull^{us} multū iocāt. Ligneus mihi videt. Et me hercule, quantū suspicor, veteran^{us} miles, immodicis excubijs sese maceravit. Aiunt enim anserē inter omnia animalia lōge esse vigilantissimū. Et p̄fecto, nisi coniectura fallor, hunc anserē ex eorū numero fuisse suspicor. q̄ canibus vna cum excubitoribus somno sopitis, Romanū olim Capitolium defenderunt.

CHRI. Verisimile (ita me deus amet) dicis: nam ex eo seculo relictum arbitror.

AV. Hæc q̄q; gallia aut parcū saginatorē habuit, aut amauit aut certe zelotypa vixit, q̄ quidē morbo hoc animatis gen^{us} maxime laborat. Hic cap^{us} longe melius pinguit. Vide curæ

FORMVLAE, PER ERAS.

quid faciant. Quod si ex Theodorico nostro gallo, faceremus capum, multo citius pinguesceret.

THEODORICVS. Non sum gallus.

AENIGMA DE GALLO.

AVGV. Fateor non es gallus Cybeles, neque gallus gallinaceus, at forte gallus gallaceus.

THEO. Quid hoc verbi est?

AVGV. Hoc ænigma tibi cōiectandū relinq̄. Ego sphynge præbui, tu Oedipus: vel ex coniectura solue.

CHRI. Dic mihi bona fide Augustine, nulla tibi cum Gallis unquā necessitudo fuit? Nihil ne affinitatis tibi cū gallis cōtraxisti? Nullum fuit commercium?

AVGV. Nihil, nihil sane.

CHRI. Tanto es nequior. Libet ne de iecore anserino? quod apud veteres in delicijs in primis habebat.

AVGV. Liberalis es, benignus es Christiane.

CHRI. Has perdices nemo attingit, nec columbos quidem. Cras est dies ieiunij ab ecclesia indictus, aduersus hanc esuriam munite vos. Agite hospites humanissimi, quaeso vt cœnula nostrā licet tenuem æqui bonique consulatis. Præbete vos hilares ac lubentes, quāquam conuiuū tenue sit & frugale, ego vestra facilitate fretus, familiariter vos vocare sum ausus. Et est sane vester mihi aduentus cōspectusque non modo gratissimus, verum etiam iucundissimus.

DE CONVIVIO OPIPARO ET POETICO.

AVGV. Cœna tua Christiane optime, multis modis sapi-

D

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

da, lauta nobis videtur. quod excusas id, vnum habetur excusandum, quod magnificentior sit, quam fat est. Nam hoc conuiuium opiparum in primis, ac lautum iudicari, quod primū simplicibus epulis, deinde liberalitate, risu, iocis, salibus sit conditū, quæ omnia nostro conuiuium non defuerunt. Verum conuiuantium de numero, hic mihi quiddā in mentem venit, quo neque pauciores tribus, neque plures nouem esse oportere scripsit Varro. Tres enim sunt Charites, id est Gratia benevolentiarum deæ, & nouem sunt Musæ. At hic decem conuiuias esse video, virginibus exceptis. Nihil conuenientius accidere potuit. Nos sumus Varrone ipso paulo sapientiores. Nam tres puellas lepidissimas, tanquam tres Charites adhibuimus. Deinde quia a nouem Musarum choro Apollo abesse nunquam credendus est, iure decimum adiecimus conuiuiam.

CHRI. Poetice dixisti. Si mihi laurus adesset, laurea corona caput tuum cingerem.

AVGV. Laudo te, probo te. Non improbandus es.

CHRI. Vultis ne hospites singuli tantumdem mea causa facere, quantum vestra sum facturus?

HOSPITES. Volumus, ac libentes quidem.

CHRI. Ebibetis igitur ordine suum quisque calicem. A me exemplū capietis. Tibi hoc primū propino Mida.

MIDAS. Accipio a te libenter. ¶ Pro quo vulgus præstolor dicit. Equidem non recuso. Nihil tua causa recusabo.

CHRI. Tu deinceps cæteris propina.

FORMVLAE, PER ERAS.

MIDAS. ERASME præbibo tibi dimidiatū cyphum.

ERAS. Precor, vt fit tibi saluti. Sit tibi bonū atq; commodū

Profit tibi. ¶ Proficiat inepte dicitur.

PVER. Profit. Dñe ERASME quidam pro foribus te cō-
uenire expetit. CHRI. Quisnam est?

PVER. Mori famulum se dicit, herum eius ex Britannia
aduenisse, cupere vt se vifat ERASMVS, quandoquidem
prima luce iter parat in Germaniam.

ERAS. Christiane fac calculum, abire conuenit.

CHRI. Symbolum ERASME doctissime hui⁹ cœnæ des-
di. Non est quod quicq; deponas, gratiam habeo, quia dis-
gnatus es nostro adesse conuiuio.

ERASMVS. Ego pariter tibi gratias ago, quod pro tua
humanitate ad id cōuiuij longe suauissimi me vocaris. Vale
te confodales optimi.

CHRI. Heus Dromo? Sedetis iam dudū ociosi omneis. Lis-
bet ne cuiquam quicquam amplius?

HOSPITES. Nihil omnino. Strenue munus nostrum ad-
ministrauimus.

CHRI. Tolle igif, ac bellaria appone. Muta quadrulas atq;
orbes. Tolle cultrum meum qui humi decidit. Pira vino per-
funde. Adfunt mora præcoqua, etiam domi nostræ nata.

HOSPITES. Tanto erunt suauiora, quod vernacula.

AVGVSTINVS. En pruuu cærea, en damascena, rarum
apud nos spectaculum. En mitia mala. En Mida nouum
genus, cuius matrem ego hisce manibus conseui.

D ij

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

Nuces, castaneæ, omne deliciarum, quas horti nostri benigne effundunt, genus. Sed flosculi defunt.

MIDAS. Isti Gallici sunt apparatus, qui magnificentiam eam potissimum amant, quæ minimo cõstet. Nobis nõ est ea mēs, aut ingeniũ. Sed heus tu Augustine, num tu credis te hic immunem bibisse? Ego te meis immunem reddam poculis, at Christiano dimidium cyphi debes.

AVGV. Christianus iam dudum me missum facit. Obsecro te, relinque hanc ingluuiem.

CHRI. Ita fiet. Sed quorsum iste euasurus est hodie? Symbolum reddas oportet, vnus nomine omnium. Ne verere, per facile poteris. Fac quod sæpe fecisti, vt aliqua elegãtia doctiores a cœna surgamus. Neque enim clam te est, veteres illos in se cūdis mēsis hilariora quãdã disputare solitos. Age igitur. Quibus modis hæc oratio potest enunciari. Indignum auditu?

INDIGNVM AUDITV FOR.

AVGV. Dixti pulchre per posterius supinum. Auditum minime est dignum. Indignum est audiri. Haud dignum est quod audiat. Est vt audiat indignum. Leuius est, quæ quod audiri debeat. Vix operæ precium est scribere. Non tanti est vt audiat. Ineptius est, quã quod audiat. Non est operæ precium narrare.

CHRI. Quot modis hæc sententia verti potest? Il moy at beacop de laueur, temps, ou de pecūne escoste. Das hat mich viler arbeit, zyt, oder gelt gestanden.

VARIANDI RATIO HANC ORATIONEM,
MVLTO MIHI CONSTAT.

FORMVLAE, PER ERAS.

AVGV. His verbis, impendo, in sumo, impertio, constat, Ut, multum in te docendo insumpsi laboris. Plurimum in ea re operæ insumpsi. Non minus pecuniæ quæ curæ in eam rem impendi. Non parum insumpsi pecuniæ, temporis permultum, laboris plurimum, ingenij non nihil. Multum lucubrationis impendi. Multis vigilijs hæc res mihi constat, multo sudore, multa opera, plurimo labore, sumptu ingenti pecunia magna. Pluris mihi constat quæ credis. Minoris mihi constat vxor, quæ equus meus.

CHRI. At quid sibi vult Augustine, quod verbo isti, constat, modo ablatiuum, modo genitiuum apponis?

AVGV. Quæstionē plane perutilē, ac late patentē mouisti. verū, ne cōiuias loquacitatem meam premā, paucissimis absoluā. Sed cupio singulorū hac de re audire sententiam, ne cui quæ (ut dixi) sim molestus.

CHRI. Quid ni cupiant vel puellæ idem.

AVGV. Scis ne quædā verba emendi & vendendi eiusmodi significationis, quibus apponantur hi genitiui soli. Tanti quanti, pluris, minoris. At ita si substantiuus non apponantur, quæ si accidant, vtraque in ablatiuū casum vertuntur. Quod si præcium apponatur, pones in ablatiuo. Si prædiectiuū substantiuū in ablatiuo pones, nisi per aduerbium loqui malles.

CHRI. Quænam verba sunt, de quibus præcipis?

EMENDI AESTIMANDI QVE VERBA.

AVGVSTINVS. Hæc fere sunt, Emo, mercor, redimo aut captum aut perditum, vendo, venundo.

D iij

FAMILIARIVM COLLOQ VIORVM

Reuendo, rursus vendo, quod mihi venditum erat. Veneo .i. vendor, in præterito, veniui vel venij, in supino venū. Hic venalis. Ab illo .i. vendo, vēdibilis manat. Mereō p̄ inferuio & stipendium facio. Comparo, id est emo vel committo. Cōmuto. Muto, permuto changier, vuethsten. Cambire penit⁹ barbarum in hoc sensu. Aestimo, taxo, iudico, cenfeo, achtē, schetzen, presier. Liceor, eris, licitor, aris, dingem, marchāder ou offerir. Addico zuofagen, addier. Distrahor, id est circūferor vt veneam. Metior, pro aestimo, aut taxo, achten, presier. Constat, pro emitur. Conducere, beston. Locare, vf lyshen, verdingen, louet ou ast aller. Fœnero ad fœnus do. Fœneror ad fœnus accipio. Paciscor, pactus sum. Pango, pepigi pactum facio.

CHRI. Da exemplum.

VENDENDI ET EMENDI FOR.

AVGV. Quanti istū agrū in singulos annos locas? Respō debim⁹. Vigenis frācis. Hui nimio locas? Immo locaui olim multo pluris. At ego tanti nō cōducā. Si cōduxeris minoris, pereā. immo iam vicin⁹ tu⁹ Chremes agrū obtulit, ac rogat. Quāti? Tantidē q̄ptū tu petis. At multo meliorē. Mētiris. Facio, vt solēt q̄ licent. Tu ip̄e tanti posside. Quid liceris vel licitaris, cum nihil sis empturus? Quanticūq; addixeris, solū uam integerrime.

CHRI. Alterum exemplum.

AVG. Cōgrum istū Syra quāti vēdis? Decē obolis. Nimio turpissima. Immo minio, nulla tibi vēdet minoris, Moriar si

FORMVLAE, PER ERAS.

nō tāto mihi cōstet, aut certe nō multo mīoris. Mētiris venefi-
ca, qm̄ duplo vis vēdere, aut triplo. Et cētuplo si queā, at fa-
tuos nō inuenio. Quid si liciter teipsam? Quāti aestimas te?
Ut lubet, quāti me liceris? Quanti aestias te? Dic quāti te tax-
as? Decē scutis, Hui, tanti? Eho an tu minoris me aestias?
ego olim nō semel, pluris vna nocte sum cōducta. Credo. at
nūc nō paulo minoris aestimo, quā piscē. Abi in malā rem ga-
neo, tātidē te aestio, quāti tu me. Qui te duodenario emerit,
nimio emerit. Aut pluris emar, aut nō vendar. Si magno ve-
nire cupis, larua tibi opus est, nam rugæ istæ nō sinūt, vt cas-
ri⁹ vendaris. Ei q̄ tanti me nolit, non sum venalis. Ego ne cul-
mo quidem te emero. Constiti pluris.

CHRI. Tertium exemplum.

AVG. Auctiōi hodiernæ interfui. Ain tu? Licitat⁹ sum vecti-
galia. Quāti tandē? Decē millib⁹. Hui, tāti: Ne mireris, erāt
qui multo pluris licerent, pauci q̄ minoris. Cui tandē addi-
cta sunt vectigalia? Chremeti vxoris tuæ summo & maxio
amico. Sed diuīa quāti sunt addicta. Decē. Immo quindecī,
bone. Ego mihi hominē ip̄m cū tota familia dimidio addictū
nolim. At ille vxorē tuā duplo emptā cupit. Aduertisti ne in
his orationib⁹, vbi cūq̄ adsit substantiuū p̄c̄j, id in ablatiuo
poni, cæteris, aut in genitiuo positis, aut ī aduerbiū mutatis?
Cōparatiuū nunq̄ audisti sine substātiuis, exceptis illis duob⁹,
pluris & minoris. Verū vbi has ERASMI tui elegantias
leges, rectius intelliges. Ille em̄ hunc modū explicuit luculen-
tissime. Sunt & alia verba his, de quib⁹ sumus locuti, nō

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

admodū dissimilia. Sū, facio, habeo, duco, pēdo, æstio, q̄ idē fere significant, fio itidem, achten, tenir. Iunguntur autem his fere genitiuis, multi, parui, magni, pluris, plurimi, minoris, minimi, maioris, maximi, tanti, quanti, flocci, pili, nihili, nau ci, & si qua sunt his similia

CHRI. Da exempla.

AESTIMANDI FORMVLAE.

AVGV. Scis quanti te semper fecerim? Tanti fies apud homines, quanti virtutem facies. Præceptores meos semper feci plurimi. Aurum hac tempestate magni penditur, literæ nihili ducuntur. Aurum minoris habeo q̄ credas. Tuas minas flocci facio. Promissa tua duco minimi. Non pili te facio. Si tantisapientia penderetur quanti pecunia, nemo auro egeret. Pluris apud nos fit aurum sine sapientia, q̄ sapientia sine auro. Non pluris te habeo, q̄ doctus sis. Mioris hic fies, quod mētiri minime calleas. Hi multi fiunt, qui nigrum in candidum vertunt. Hoc mihi pluris es quod literas meas amas & alias. Tanti apud omnes eris, quantū possidebis. Tanti vbiq; habebis, quantum habebis. Non quanti habearis, sed quanti sis interest. Tanti Christianum meum facio, quanti alium neminem. Inueniuntur & alia verba cum his genitiuis & ablatiuis. Petrus osculum puellæ scutato emit. Sit illi faustum, nolim ego basiare tanti. Quanti luditis? Quanti cœnastis? Quosdam sexcentis sestertijs cœnasse legimus, at Galli sæpenumero Liardo cœnitant. Faustus quanti docet? Paruo. At pluris, q̄ denis, quanti igitur?

FORMVLAE, PER ERAS.

Vnde uigenti aureis. Non discam mentiri tanti. Phedria apud Terentiū, & rem & seipsum perdidit. At nolim ego amare tāti. Aeq̄ boniq̄ cōsulas oro, nim fur guot, prēdez en grez ou en bien, nemet in gout. Est & aliud verborū gen⁹ q̄ accusatiuum vna cum genitiuo aut ablatiuo casum exigūt, quæ sūt accuso, id est obijcio crimē aut culpo etiā absentē. Incuso inculpo extra iudiciū. Arguo reprehēdo, aut ostendo culpam. Insimulo, impingo suspicionem culpæ. Postulo, in causam. Damno, condemno, pronuncio illum esse in culpa.

EXEMPLI CAUSA ACCVSANDI FOR.

Scipio accusat⁹ est ambit⁹, ambitu, aut de ambitu. Arguis me impudētię ip̄e impudētissim⁹. Lepid⁹ postulat⁹ est repetūda⁹. Si hominē insimulabis auaritiæ, male audies. Admoneto eū pristinae fortunæ. Mortales ipso suo vocabulo suæ cōditiōis admonent. Sunt plæraq̄ quæ accusatiuū geminū admittant. Doceo te literas. Exorat te veniā. Dedocebo te istos mores. Poposcit me mutuum. Hic ei⁹ rei mihi admonend⁹ es, quod secūdū accusatiuū etiā passiua obtinēt, i alijs genitiu⁹ manet. A me doct⁹ es literas. Postulāt me furti, postulor furti. Accusas me sacrilegij. Accuser sacrilegij. Scio te nōdum expletū. Scio aīo tuo nōdū esse fatissactū. Q̄ n̄ em̄ tant⁹ helluo fatiari nequeas, ERASMI cōmētarios legito, q̄ si neqbūt explere te nunq̄ expleberis. Sed cōuiuis parcendū est, quos hæc non om̄es perinde delectant. Cœnate, inter deambulandū, id qd̄ simbolo deerit, persoluemus: nisi quid aliud censes.

CHRI. Agam⁹ deo gr̄as imortali, deīde paulisp̄ deābulaturi.

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

MIDAS. Pulchre dicis. Nihil enim hoc vespertino cœlo
amœnius, nihil salutaris.

CHRI. Petre ades dum. Tolle suo quæq; ordine, ac vinum
cyphis infunde. Qui nos creauit, redemit & pauit, benedi-
ctus sit in æternum.

HOSPITES. Amen.

CHRI. Gratias agimus tibi omnipotens deus, qui pro tua
largitate & gratia nos alis tuos famulos, miserere viuorum,
pacemq; dones ecclesiæ tuæ, ac requiem in tuo regno anima-
bus fratrum nostrorum & patrum largiaris æternam.

HOSPITES. Amen.

CHRI. Habeo vobis hospites candidissimi gratiã, q̄ ad hoc
cõuiuolum venire dignati estis. Oro æqui boniq; cõsulatis.

HOSPITES. Nos vicissim gratias referre volumus, non
etiam habere. Proinde oramus, ne longiores gratiarum acti-
ones cõmemorare pergas. Quin surgamus & expatiemur.

AVGV. Ducamus nobiscum virgines, nam eo min⁹ mo-
lesta erit deambulatio.

CHRI. Recte sentis. Vtrū maus, nostris in hortis more Po-
etico reptare, an foris ad amnem expatiari?

AVGV. Habēt quidem horti tui amœnitatis permultū, ve-
rum eam voluptatem matutinis deambulatiõibus serua. At
sole inclinato, amniū aspectus oculos mirū in modū iuuant.

CHRI. Antecede igitur Augustine, vt Poeta dignum est,
ego latus tuum claudam.

AVGV. Bone deus, quantum comitum, quantam pompã

FORMVLAE, PER ERAS.

nobiscum dicimus. Dicit non potest Christiane, quantū mihi placeam. Satrapes mihi videor.

CHRI. Age nūc promissum praesta. Solue quod recepisti.

AVGV. Quid me potissimū vis dicere?

CHRI. Ego quōdam in ERASMI oratiōe, cum multa, tū illud in primis solebā admirari, quod tam facile, tā crebro, tam venuste orationem verteret, quæ res non modo singularis ingenij, verumetiam multi vsus mihi videtur.

AVGV. Haud iniuria istud in ERASMO admiratus es Christiane. Ille enim tum hac in re diuinam quandam vim obtinet, quam quidem illi cum ingenij dexteritate quadam, tum plurimo & dicendi & legendi & scribendi vsu contigisse opinor, potius quam ratione aliqua aut præceptione.

CHRI. At ego rationem aliquam istius rei si fieri potest, expectabo.

AVGV. Ita vt dixi, res habet. Verum quia te tantopere video velle, quoad potero morem geram, easque ratiunculas quas in ERASMI orationibus mihi visussum animaduertere, vt potero, reddam.

CHRI. Age percupio.

BREVIS DE COPIA PRAECEPTIO.

AVGV. Accingor. Principio res ipsa puris, electis, ac latinis verbis efferēda est, qd' ipsum posse, nō mediocris artificis est.

FAMILIARIVM COLLOQVIORVM

Sunt enim permulti, qui nescio quo modo copiam & varietatem orationis affectant, quum nec semel quidem rem possint apte explicare. Isti tanquam semel balbutisse sit parum, balbutientiam suam alijs atque alijs modis reddunt balbiorem, tanquam ipsi secum certamen susceperint, ut quibus barbarissime dici possit, dicant. Itaque inepti synonyma quaedam congerunt, adeo interdum inter se dissidentia, ut ipsi mirentur, quo pacto conueniant. Quid enim absurdius, quam hominem pannosum, cui nec una quidem, quam sine pudore possit induere, sit vestis, eum tamen subinde suos pannos mutare ac mendicitatem suam pro opibus ostendere? At nihilominus ridiculi videntur isti varietatis affectatores, qui quum barbare semel dixerint, repetunt idem multo barbarius, demum iterum atque iterum indoctius. Hoc est non oratione, sed barbarismis abundare. In primis igitur (ut dixi) res ipsa aptis atque electis verbis est explicanda. Deinde mutatorijs verbis utendum, si, quae idem faciant, reperiantur. Reperiuntur enim permulta. Demum ubi propria deficient, translatoijs erit utendum, si modo verecunda sit translatio. Ea quoque ubi deerunt, si per actiua dixisti, ad passiuia reuertendum erit, quae nobis totidem orationes reddunt, quot ex actiuis constabant. Postea verba, si licebit, aut in nomina verbalia, aut participia commutabimus. Postremo, ubi modo aduerbia in nomina, modo nomina, in alias atque alias partes commutauerimus, per contrarium dicemus, ut affirmatiuam orationem in negatiuam commutemus, aut retrorsum, aut certe, quod pronuntiatue dictum, per interrogationem efferamus. Nunc exempli causa hanc sententiam sumamus.

PRAECEPTIO PER ERAS.

LITERAE TVAE MAGNOPERE ME DELECTARVNT. LITERAE TVAE.

Epistola, epistolium, scripta, schedæ, literæ.

MAGNOPERE.

Mirū in modū, miris modis, maiorē in modū, supra modū, plurimū, nō mediocriter, summopere, maximopere.

ME, Animum meū, pectus meū, oculos meos, cor meum, ERASMVM.

DELECTARVNT.

Voluptate affecerūt, recreauerūt, exhilararūt, voluptati fuerūt, oblectarūt, voluptate perfuderūt, mellitissimæ fuerunt, iucūdi-
dissimæ &c. Habes materiam, tuum erit componere. Experiamur igitur, faciamus periculum,

CHRI. Tuæ literæ magnopere me delectarunt. Tua epistola mirifice exhilarauit.

AVGV. Verte actiuū in passiuū, alia erit facies. Vt dici non possit, quam tuis sum scriptis exhilaratus.

ITEM PER ALIA VERBA IDEM EFFICIENTIA.

Tuis ex lris incredibilē cœpi voluptatē. Ex epistola paternitatis tuæ plurimū voluptatis accepi. nō mediocrē læticiā tua mihi scripta attulerūt. Gaudio tua me scripta quantū erā, perfuderūt. Hic nō ita liceret mutare in passiuā, nisi in illo postremo, pfusa gaudio, qd' vsitate dicit. Capiebat a me voluptas, allatū est gaudiū, non perinde vsitate dixeris.

PER AFFICIO.

E

BREVIS DE COPIA.

Singulari voluptate literæ tuæ me affecerunt.

MUTA IN PASSIVVM.

Tuis scriptis incredibili sum affectus voluptate. Non parū gaudiorum tuum nobis epistolium peperit. Caue mutes in passivum.

**PER SVM ET NOMINA
ADIECTIVA.**

Tuæ mihi literæ multis modis iucundissimæ fuerunt. Fuit tua illa epistola sane quā gratissima.

PER NOMINA SVBSTANTIVA.

Ineffabili voluptati tua nobis epistola fuit. Incredibili iucunditati fuerunt tuæ literæ.

COMMUTA IN NEGATIONEM.

Tua scripta nō mediocri læticiæ fuere. Nihil in vita tuis literis accidit iucundius. Quamquā hac ratione aliquoties iam vsi sumus, quæ non est negligenter prætereunda. Nam quoties multū, plurimū, singulare significare volum⁹, p cōtrariū v̄bū idē efficiem⁹. Vt vehemēter te amat Henric⁹, haud vulgarter te amat. Multū me iuuat vinū, haud parū iuuat. Est vir singulari ingenio. Est vir ingenio nō vulgari. Est hō doctrina admiranda. Est homo non contemnenda doctrina. Thomas ē summo apud suos loco natus. Non infimo loco natus. Augustinus eloquentissimus fuit. Non ineloquens fuit. Carneades orator fuit nobilis. Nō ignobilis, nō obscur⁹. Et id gen⁹ similia, quæ nunquā nō vsu veniūt. Sed admonuisse rem clarissimā satis est. Nec te lateat, bifariā nos huiusmodi oratio

PRAECEPTIO PER ERAS.

nū genere vti, modestiæ causa, præsertim si de nobis ipsis lo-
quamur. Tū etiā amplificādi gratia. Nam nō ingratū, p valē
de grato. Nō vulgariter, p singulariter, recte & venuste dici
mus.

MODESTIAE CAUSA.

Ego literis meis nōnullā doctrinæ sum opinionē cōsequut⁹.
Semp curavi, vt ī līraria gloria nō postremas parteis tenerē.
¶ De amplificatione superiora sunt exempla. Nunc ad no-
strā reuertamur. Nihil tua epistola vnquā euenit grati⁹. Nul-
la res maiori vnquam voluptati fuit, quam tua scripta. Nul-
la vnquam ex re tantundem cœpi voluptatis, quantum ex
tuis literis amantissimis.

¶ Hoc modo singulæ orationes superiores poterunt varias
ri per interrogationem. Quid tuis literis in vita iucundis-
us esse potuit? Quid epistola illa tua nobis euenit dulcius?
Quid ita oblectauit vnquam, vt proximæ tuæ literæ?

¶ Hoc modo rursus singulas fere orationes variare licebit.
CHRI. Quid deinde fiet?

AVGV. Iam paulo liberius totam orationem vertemus, vt
vnam dictionem pluribus verbis circumloquamur.

CHRI. Exempli causa.

AVGV. Quod modo p nomē incredibile, modo p aduerbi-
um incredibiliter dictū erit. Vnā dictionē aliquot verbis cō-
mutabim⁹. Literis consequi nequeā, quantū tuis līris sim de-
lectatus. Et mihi scriptu, & tibi creditu perdifficile fuerit,
quantæ iucūditati tua mihi scripta fuerūt. Explicare psum
nequeo, quā sum tuis literis gauisus. Et item in infinitum.

E ij

BREVIS DE COPIA
RVRSVM ALIO PACTO.

Nam hacten⁹, & per negationē, & p̄ interrogationē, postremo per infinitas orationes variauimus. Nunc per subiunctiuas siue cōditionales variabim⁹ hoc mō. Moriar, si unquam quicquā fuit tuis l̄ris, aut optatius, aut dulcius. Pereā, si q̄ res maiori voluptati fuit, q̄ tuæ literæ. Ita me deus amet, vt nihil in vita tuis literis accidit iucundius. Et item alia multa in hunc modū excogitare licebit.

AV. Nūc ad trāslatiōes similitudines & exēpla fugiendū est.

TRANSLATIO EST IN HIS.

Accepi l̄ras tuas, quæ mellitæ fuerūt. Nil nisi delitiæ tua mihi scripta vidēt. Mera voluptas sunt tuæ l̄ræ. Et huiusmodi plurima. Sed cauendū, ne obsoletis aut duriorib⁹ translationib⁹ utamur, quale est illd'. Iuppiter hyernas cana niue dispuat alpes. Et quale illd'. Cœna tuorum scriptorum me suauissimis epulis refecit.

COMPARATIO A SIMILI.

Tua scripta om̄i, vel ambrosia, vel nectare suauiora fuere. Literæ tuæ quis melle mihi fuere dulciores. Epistola humanitatis tuæ, & filiquā omnē, & mel Atticū, & faccax omne, nectar ambrosiamq̄ deorū longe superauit. Hic quicqd' dulcedine nobilitatū est, in medium adduci potest.

AB EXEMPLO.

Nunquā adducar vt credā, Hero Leandri sui literas, aut maiore voluptate, aut plurib⁹ osculis accepisse, quā tuas accepi. Vix crediderim, aut Scipionē euerfa Carthagine, aut Paulū

PRAECEPTIO PER ERAS.

Aemiliū, capto Perseo, magnificentiorē egisse triumphum, quā ego, simul vt suauissima tua scripta, tu⁹ mihi tabellarius reddidit. Huiusmodi ex fabulis, tū ex historijs infinita possunt inueniri. e physica vero sumuntur rerū similitudines, quarum quam plurimarū naturas memoriter tenere necesse est. Nunc si libet in alia sententia tentemus.

NVNQ VAM DVM VIVAM TVI ERO
IMMEMOR,

Semp dum viuā tui meminero. Quoad viuā, nūquā me tui capiet obliuio. Prius viuere desinā, quā tui meminisse.

PER COMPARATIONES.

Si umbrā corp⁹ poterit effugere, & hic anim⁹ tui quibit obliuisci. Tui memoriā, nec Lethæ⁹ qdē amnis poterit abolere.

PRAETEREA PER IMPOSSIBILE AVT MORE POETICO PER CONTRARIA.

Dum iuga montis aper, fluuios dū piscis amabit. Ante leues ergo &c. quæ non est multi negocij excogitare. Verū, ne immodici videamur, hoc modo contenti simus. Alias si voles, copiosius hac de re colloquemur.

CHRI. Ego te Augustine iam plane exhaustū putabā. Sed tu p̄ter expectationē nouū thesaurū indicasti, quē si habeas explicare, nox añ occupauerit, quā tibi eadē de re desint v̄ba.

AVGV. Si ergo hoc mediocri, & doctria, & igenio praesto, quātū Ciceronē ip̄m valuisse credis, qui cū Roscio histriōe certasse legitur? Sed aduersperascit, lectus nos accersiri iubet. Proinde vale mi Christiane suauissime in crastinum.

CHRI. Tu itidem bene valeas Augustine oīm doctissime.

DES. ERASMI ROTERODAMI. DE RATIO-
NE STUDII. AD AMICVM Q VEN
DAM, EPISTOLA PROTREP
TICA.



Vm te incredibili qdā līrarū ardore flagrare
minime dubitarē. N. nō vulgaris amice, hor-
tatione nihil op^o esse putavi, sed ei^o quā ingres-
sus es, viā duce mō, ac tanq̄ indice. Id mei
officij esse iudicavi, videlicet, vt tibi homī nō
mō multis modis copulatissimo, verū etiā iuz-
cūditissimo, vestigia qbus ipse a puero essem ingressus, com-
monstrarē. Quæ si tu pari cura accipies, atq̄ ego dicturus
sum, futurū cōfido, vt neq̄ me monuisse, neq̄ te paruisse pœ-
nituerit. Prima igit̄ cura sit, vt p̄ceptorē tibi eligas quā erudi-
tissimū. Neq̄ em̄ fieri pōt, vt is recte quēq̄ erudiat, qui sit ip-
se inerudit^o, quē simul atq̄ nact^o eris, fac om̄ibus modis effi-
cias, vt ille patris in te, tu filij in illū vicissim induas affectum.
Ad qd^o quidē cū ipsa honesti ratio nos debet adhortari, qd^o
nō minus debeamus ijs a quibus recte viuendi rationē, q̄ a
quib^o viuendi initia sumpsim^o. tum mutua ista beneuolentia
tm̄ ad discendū habet momēti, vt frustra līrarū p̄ceptorē sis ha-
bitur^o, nisi habueris & amicū. Deīde, vt te illi & attētū & assi-
duū p̄beas. Cōtentione em̄ immodica nōnunq̄ obruunt̄ ige-
nia discentiū. Assiduitas vero & mediocritate sua perdurat,
& q̄tidiāis exercitatiōib^o maiorē opiniōe aceruū accumulāt
Satiēte, cū om̄ib^o in reb^o, tū in līris nihil p̄nitiosius. Laxan-
da est igit̄ aliq̄ties illa studiorū cōtentio, intermiscendi lusus,
sed līrales, sed līris digni, & ab his nō nimis abhorretes. Immo
medijs ipsis studijs p̄petua quædā voluptas admiscenda est,
vt ludū poti^o discēdi, q̄ laborē existimem^o. Nihil em̄ perditū
fieri pōt, qd^o nō agentē aliqua voluptate remoret̄. Optia q̄q̄
statī ac primū discē. Extremæ est demētix discere dediscenda
Qd^o i curādo stomacho solēt p̄cipere medici, idē tibi in inge-
nijs seruādū puta. Caue, aut noxio, aut immodico cibo inge-
niū obruas. vtroq̄ em̄ iuxta offendit̄. Ebrardū, Catholicon
cæterosq̄ id gen^o, q̄s p̄censere, neq̄ possum, neq̄ opera p̄ciū

est, hīs reliquit, q̄s barbariem immenso labore discere iuuat.
Initio nō q̄ multa sed q̄ bona p̄cipias, refert. Sed iam ratio-
nē accipe, qua possis nō solū recti⁹, sed etiā facili⁹ discere. hoc
em̄ in homie artifice p̄stare solet artis ratio, vt tantundē ope-
ris, quū rectius expeditiusq̄, tū leui⁹ etiā efficiat. Diem tanq̄
in operas partire, id qd̄ & a Plinio Secūdo, & a Pio pontifi-
ce Maximo, viris oīm memoria p̄stantissimis, factitatū legis-
mus. Principio qd̄ caput est, p̄ceptorē interptantē, nō atten-
tus modo, sed & auīdus auscultato. Nō cōtentus impigre seq̄
differentē, aliq̄ties p̄uolare cōtende. Om̄ia illius dicta memo-
ria, p̄cipua etiā literis mandabis, fidelissimis vocū custodib⁹
Quibus rursus ita cōfides caue, vt diues ille ridiculus apud
Senecā, qui sic animū induxerat, vt se tenere crederet, quicqd̄
seruorū quisq̄ meminisset. Noli cōmittere, vt codices erudi-
tos habeas, ipse ineruditus. Audita ne effluant, aut apd̄ te aut
cū alijs retracta. Nec his quidē cōtent⁹, aliquā temporis partē
tacitæ cogitatiōi tribuere memēto. Quā vnā diuus Aureli⁹,
tum ingenio, tū memoriæ in primis cōducere scripsit. Cōflis-
ctatio & tanq̄ palestra ingeniorū, neruos animi p̄cipue tum
ostēdit, tum excitat, tum adauget. Nec sciscitari, si quid dubi-
tas, nec castigari, si quid errabis, sit pudor. Nocturnas lucus
bratiōes atq̄ intempestiua studia fugito. Nam & ingeniū ex-
tinguunt, & valetudinē vehemēter offendunt. Aurora Mus-
sis amica est, apta studijs. Prāsus, aut lude, aut deambula, aut
hilarius cōfabulare. Quid qd̄ inter ista quoq̄ studijs locus
esse potest? Cibi, nō quantū libidini, sed quantū valetudini fa-
tis est, sumito. sub cœnā paulisper inambula, cœnatus idem
facito. Sub somnū exquisiti quippiam ac dignū memoria les-
gito, de eo cogitantem sopor opprimat, id experrectus a te ip-
so reposcas. Plinianū illud semp̄ animo infideat tuo. Om̄e
perire tempus, quod studio non impertias. Cogita iuuēta nis-
hil esse fugacius, quæ vbi auolarit, redit nunq̄. Sed iam hor-
tator esse incipio, indicē pollicitus. Tu suauissime N. hāc for-
mā, aut si quā poteris meliorē, sequere, ac bene Vale.

¶ De ratiōe studii Epistolæ p̄trepticæ, FINIS.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 20 horizontal lines across the page.



Tb 2920

ULB Halle 3
004 452 798



f

sh

Ant.

von merd. 4944 magt. — auf Buppig ...







Familiarium
colloquiorum formule. Et
alia quedam, p. Des.
Erasmum Roterdamum.

Foro fantis Jarni. NK.

Ob. 2490.

Verborum moris tot sunt quot in orbe figuntur

e.

